

1939.

1
Lira ab Ill. et Cl. Viro Wechtlero in Russiam profectu-
turo Kollarius desiderat, sunt sequentia.

Primum. Etiam atqz etiam orat,
ut se culipiam Viro do-
cto Petropoli vel Mos-
kwa excellenti commen-
dare velit quo cum
de rebus Historicis con-
silia communicare pos-
sit.

Alterum. Lexicon Russico-Lati-
num, Germanicum, vel
Graecum aut quo demum
cunqz alio Idioma-
te explicatum comparare.

Tertium. Libros Russicos quos-
cunqz Historici argu-
menti; in primis ve-
ro vetustum illud
Chronicon Russicum,
quod duobus ab hinc
annis sub prelo jam
fuisse, a Viro fide di-
gno et Petropoli red-
ire accepi.

Quartum. Cl. Viri Theophili Si-
gefridi Bayeri ad-
versaria et adfecta
opera ubi lateant?
Certum mihi atqz ex-
ploratum est, tot piaz-
pitru cum Mathia
Belio

Belio nostro commercium
litterarium de Originibus
Hungaricis habuisse: utrum
de argumento isto inter quos
scholas elaborati quicquam
vel adfecti supervit?

Quintum. An sperare liceret
olim aliquando specimen
quoddam idiomatis Mun-
galensium Tatarorum,
vel eorum certe, qui confi-
nia nunc Sinensis Imper-
ii colunt.

Sexum. Fidioma Tatarica gen-
tis, quæ apud Sinas nunc
verum potitur, quodnam
sit? utinam videre mihi
liceret specimen illius
arabice, vel europæis ele-
mentis scriptum.

Septimum. Indagare ubi, sed
in primis in Polonia in
monumenta Historia Hun-
garica, et loca, ubi lateant,
ædonotare.

Octavum. Saluum atq; inco-
tum in Viennam redire;
quod ut certius contingat,
Deum O. M. exorare non
desinam.

Vindobonæ, d. v. Octobris
Anno MDCCCLXII.